



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilman

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

21. Ex violata D. Virginis genitricis imagine lac & sanguis profluxit,
Iconomachus fluxum sisteron valens, seipsum submergit.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

nobilis vit D. Philippus N. Decanus Ecclesiæ
Cathedralis, templum idem cui præerat, in-
greditur, visurus quid rerum in eo moliren-
tur. Cumque altaria omnia illæsa videret, sta-
tuas quoque illas & inuiolatas vnum in lo-
cum congregata, tandem videt quandam D. vir-
ginis matris statuā pallio ceruleo cooperitam,
ac iuxta chorum ad parietem erectam, inua-
dere, & constringere conatam. Quem cum in-
cepisset, illeq; alio se protiperet, mox furiis
Parthenomachus ille & cæstro corripitur, in-
tentogatusque quid sibi accidisset, hoc solum
respondit: Mulier ceruleo pallio vestita, me in-
secura, manu me pupugit, ac tandem durante
insana mentis impotentia & furore exæscens
est. Hæc nobis retulit primarius quidam Prin-
cipis Electoris Consiliarius, multis honoratis
vitis præsentibus.

*Ex violata D. virginis genitricis imagine lac & san-
guis profluxit. Iconomachus fluxum sistere non
valens, seipsum submergit.*

CAP. XXI.

IN Monasterio Montis S. Ruperti, vbi re-
quiescit corpus S. Hildegardis, propè ciui-
tatem Bingam infra Moguntiam, contigit an-
no Domini 1302. quandam militem, animo
faulego in templum irrepere. Cumq; apud
altare quoddam imaginem virginis Deiparae
depictam videret, quæ in pectore quinque
gemmis crystallinis decorata erat, prorepit
ad

Q

362 COLLATION. SACRAR.

ad imaginem, & gemmas quattuor scalpendo luxauit & extraxit Cūm verò ad quintam in mili modo luxandam progredetur, ecce in temeratæ virginis castissimus animus, non sustinens hostilem in sacratissimo pectore contrectationem, excanduit, stupendōque prodigio mox ex quinta gemma arcula, quæ sacriflissimis vberibus inerat, lac & sanguis profluxerunt. Sacrilegus miles viso prodigio expalluit, arreptoque puluere, fluxum sistere conatus est, nec potuit, quin lacteus ille sanguineusque liquor magis magisque produceret, moxque præ mentis inopia in profluentem Nahum procurrit, ac seipsum miser submergit, in virginem Deiparam impius in seipsum crudelissimus. Lacteus ille sanguineusque liquor à sanctimonialibus istius loci collectus vitroque exceptus, in sacrarium diligenter positus est, ubi etiamnum afferatur, & à multis religiose visitur.

De Iconomacho quodam, D. virginis imaginem turbante, & à Deipara virginis puro leproso.

CAP. XXII.

CIRCA annum Dominice incarnationis 1577. cùm pañim in toto penæ Belgio locupissent, contigit in celebri quodam pago Lokeren appellato, quatuor millionibus à Gaudio dissito, quendam D. virginis Deipara statua